



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

13. An Regulares habentes speciales ritus in celebrando, conformare se debeant in missione ritui Romano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

sect. 2. Joannes Sanchius q. 22. n. 21. dicit ita statutum haberi in Rubric. Missalis jussu Pii V. de defect. Miss. v. *si Sacerdos.*

## ARTICULUS XIII.

*An Regulares habentes speciales ritus in celebrando, conformare se debeant in Missione ritui Romano.*

Certum est quòd in suis Monasteriis, sive extra Missionem, observare debeant proprios ritus ipsis concessos, sive per privilegium, sive per antiquam consuetudinem: debet enim Religiosus sequi statuta Ordinis sui, ut sit in toto Ordine uniformitas; nec enim frustra aut sine causa proprii illi ritus ab Ecclesia permittuntur, aut per privilegium conceduntur; imo in hoc videtur relucere pulchritudo quædam Ecclesiæ, uti relucet in diversitate religionum, regularum & vestium.

Nihilominus in Missionibus conformare se debent communi ritui Romano, ad vitandum scandalum: multi enim simplices percipere non possent illius difformitatis rationem. Et sicut non est ibi diversitas vestium, quibus diversi Religiosi ab invicem & à sæcularibus Sacerdotibus distinguuntur, ita non est conveniens ut diversos ritus observent, — maxime

in

DE

in illo ta  
licet Or  
cundum  
versa in  
celebran  
illas par  
commu  
dignosci

A

An qui  
inc  
i

QU  
ce  
batum  
gularit  
semel c  
sumpti  
Sed  
mentu  
ritur,  
obligat  
difficu  
4. Ref



in illo tam tremendo Sacrificio. Ac proinde licet Ordo noster Fratrum Prædicatorum secundum statuta sua multa habeat ab aliis diversa in celebrando, tamen dum ibi publice celebrant (licet etiam solum transeuntes per illas partes) conveniens est ut se conforment communibus ritibus saltem præcipuis & magis dignoscibilibus, uti in Confiteor & similibus.

ARTICULUS XIV.

*An qui mane communicavit, si eodem die incidat in periculum mortis, possit iterum communicare per modum viatici?*

Quod regulariter semel tantum in die liceat sumere S. Eucharistiam supra probatum est ex c. *sufficit*: ex quo ostendimus regulariter non posse Sacerdotem, plus quam semel celebrare: idem autem est dicendum de sumptione ejusdem Sacramenti.

Sed quia specialis obligatio est idem Sacramentum sumendi in articulo mortis, inquiritur, an saltem in tali casu id liceat, ut huic obligationi satisfiat. Paucos inveni qui hanc difficultatem pertractant; Diana p. 4. tract. 4. Resol. 192. cum Homo-bono resolvit affirmative.